

De manu Mariae est offerendum.

ideoque modicum istud, quod offerre desideras, gratissimis illis, & omni acceptione dignissimis Mariae manibus offerendum iradere cura, si non vis sustinere repulsam.

QUESTIO VIII.

Quare, cum oratio Dominica fiat ab unoquoque, non dicatur, Pater meus, sed Pater noster?

PRIMA solutio est, ut docet D. Paschasius... Nemo sibi applaudit de nobilitate generis, neque se extollat, omnes enim nos aequaliter dicimur filij Dei, & nulla potest esse major nobilitas, quam hujusmodi filiatio. D. Chrysostomus homil. 20. Cum tibi unam, eandemque donavit nobilitatem Deus, cum dignatus omnium ex aquo Pater vocari. Et D. Augustinus lib. 2. de serm. Dom. in monte, ait: Admonetur hic divites, & nobiles, non superbiere adversus pauperes, & ignobiles, quoniam simul dicunt Deo: Pater noster. Malach. 2. n. 10. Nunquid non Pater unus omnium nostrum? Nunquid non Deus unus creavit nos? Quare ergo despicit unusquisque nostrum fratrem suum. Tertid. Deus omnium filiorum adoptionis est pater communis: ergo nullus eum sibi tantum appropriet: quae enim communia sunt, non particularia dicenda, nec reputanda. Ideoque cum omnes nos ex aequo sumus filij Dei, aequaliter dicamus omnes, Pater noster.

Secundò. Per hoc invitat nos ad humilitatem. Nemo sibi applaudit de nobilitate generis, neque se extollat, omnes enim nos aequaliter dicimur filij Dei, & nulla potest esse major nobilitas, quam hujusmodi filiatio. D. Chrysostomus homil. 20. Cum tibi unam, eandemque donavit nobilitatem Deus, cum dignatus omnium ex aquo Pater vocari. Et D. Augustinus lib. 2. de serm. Dom. in monte, ait: Admonetur hic divites, & nobiles, non superbiere adversus pauperes, & ignobiles, quoniam simul dicunt Deo: Pater noster. Malach. 2. n. 10. Nunquid non Pater unus omnium nostrum? Nunquid non Deus unus creavit nos? Quare ergo despicit unusquisque nostrum fratrem suum. Tertid. Deus omnium filiorum adoptionis est pater communis: ergo nullus eum sibi tantum appropriet: quae enim communia sunt, non particularia dicenda, nec reputanda. Ideoque cum omnes nos ex aequo sumus filij Dei, aequaliter dicamus omnes, Pater noster.

Quartò. Albert. Magnus, dum dicimus noster, per hoc obligamur ad mutuum amorem, ac fraternitatem, quae fit per suae paternitatis communicationem; fratres enim sumus ex uno patre nati. Joan. 1. n. 14. Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Ex quo, Christiane, considera, quomodo Patrem nostrum dicis, si fraternitatem negas? Quomodo à Patre vis exaudiri, si filium in odio habes. Dilige proximum tuum, ut à Patre valeas impetrare. Et ita exhortatur Paulus Hebr. 13. n. 1. Caritas fraternitatis maneat in vobis.

Quintò Hugo. Per hoc invitat nos Dominus ad orandum pro omnibus, quia quantum ratio est communior, tanto est acceptior. Unde ait Chrysostomus in imperfecto homil. Dulcor est amicum Deum oratio; non quam necessitas rei transmittit, sed quam caritas fraternitatis commendat. Et ita ipse etiam docet exorare pro inimicis, &sequentibus nos. Et omnes petitiones, quas Dominus hic docet; pro omnibus mandat; Pater

Pro omnibus, ut docet D. Paschasius... Tertid. Deus omnium filiorum adoptionis est pater communis: ergo nullus eum sibi tantum appropriet: quae enim communia sunt, non particularia dicenda, nec reputanda. Ideoque cum omnes nos ex aequo sumus filij Dei, aequaliter dicamus omnes, Pater noster.

noster, panem nostrum, da nobis; ne nos inducas, sed libera nos.

Sextò. Vult Dominus, ut singuli oremus pro omnibus; & omnes pro omnibus, & singulis; ut quilibet non tantum suis, verum etiam aliorum orationibus adjuvetur: quod magnum est spirituale emolumentum. D. Cyprianus tract. de oratione. Orare unum pro omnibus voluit, quo modo in uno omnes ipse portavit. Idem docet D. Ambrosius lib. de Cain. cap. 9. D. Chrysostomus homil. 20. Et ita ait Jacob. 5. num. 16. Orate invicem, ut salvemini. Ut oratio multum sit efficacax, non solum pro te petas, sed etiam pro aliis exores, ut ita tibi valeas impetrare.

Prodigis ille patrem exorat: Pater, da mihi portionem substantiae, quae me contingit. Et dixit illi substantiam suam, Luc. 15. n. 12. Magnificus pater ad quid ultra postulata concedit? Petit unum suam portionem; ad quid etiam suam alteri dat hereditatem. Ut notat D. Chrysologus serm. 1. Petente uno, ambobus totam substantiam mox divisit. Illa enim oratio junioris filij non valebat ad patrem ascendere, nec ab ipso petita obtinere, si pro se solum nudè exoraret; & ideo, dum pro se petit, etiam simulate pro alio rogat. Postulat portionem suam; quod à patre concedi non potest, quin & substantia dividatur, & sua alteri assignata hereditas maneat: & ideo, dum pro se consequi affectat, etiam alteri ut tribuatur, exquirat. Cum ergo pro aliis postulamus, etiam pro nobis rogamus, Expende illam Apostolorum petitionem: Domine, salva nos, perimus, Matth. 8. num. 25. Perbellè ait Chrysolog. serm. 20. Studeamus, nobis in nostris fratribus subvenire. Nam dum proximis praestamus auxilia, nobis etiam subvenimus. Vide infra q. sequenti n. 71.

QUESTIO XI.

Quare dicatur Sanctificetur nomen tuum?

IN hac oratione septem sunt petitiones, ut jam dixi; & haec est prima. Et merito, quia ante omnia, desideranda, ac quaerenda est à nobis Dei gloria, quae in hac petitione, Sanctificetur nomen tuum, continetur. Deinde sicut primum praeceptum Decalogi est dilectio Dei super omnia, & ita in hoc Evangelij breviario haec fit prima petitio. In quo, ut notat Abulensis q. 5. excellentia nostri amoris, quam ad Deum habere debemus, facit, ut de honore, ac glorificatione illius potius, quàm de nostro commodò sumus solliciti.

Primò. D. Cyprianus tract. de orat. Dominica, ita explicat, quod hic petimus à Deo, ut sanctificatio, quam in Baptismo accepimus, in nobis perseveret. Opus est enim nobis, ait ipse, sanctificatione quadam, ut qui quotidie delinquimus, delicta nostra sanctificatione assidua repurgemus.

Secundò explicant hanc petitionem Tertullianus lib. de orat. cap. 3. D. Chrysostomus homil. 20. D. Ambrosius lib. 2. de Sacramentis, cap. 4. D. Hieron. hic D. Hilar. in Psalm. 134. D. Gregor. Nyssenus tract. de orat. Dominica, D. Chrysologus serm. 67. D. Paschasius lib. 4. in Matth. Sanctificetur nomen tuum, id est da nobis, ita putè, & sanctè vivere, ut per bona opera nostra laudetur nomen sanctum tuum. Quo sensu dixit Christus casur.

Christus Dominus: Videam opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, Matth. 5. num. 16. & 1. Petr. 2. n. 12. Converse faciem vestram inter gemes habentes hominem, ut vos confiterentes glorificent Deum. Sicut etiam per malam vitam nomen Dei blasphematur, ad Rom. 2. num. 21. Qui practicas, non servandum, furaris. Et statim sequitur: Per vos nomen Dei blasphematur. Et David ob suum peccatum dicitur est, 2. Reg. 12. n. 12. Quoniam fecisti blasphemare nomen Domini. Ita etiam per bona nostra opera nomen Dei glorificatur, & sanctificatur ab omnibus. Et hanc nostram vitam hic sanctitatem, puritatemque petimus. Et in hac sua sententia ingeniosè ponderavit Tertull. citato lib. de orat. suspensa, ait, enunciatione non dicentes, Sanctificetur nomen tuum in nobis, in omnibus dicimus. Non enim petimus, ut nomen tuum sanctificetur in nobis determinatè, sed absolutè dicimus; quia ipsam justitiam, quam exoramus, non nobis tantum, sed omnibus quaerimus, ut facilius quod oratio affectat, impetret totum, ut dixi in sine superioris questionis. Et haec expositio tot, tantisque Patribus probata, satis probabilis est.

Verum in utraque sententia illud mihi facit difficultatem, quod ille, qui supradicta intentione rogat, non videtur immediate exorare, ac petere sanctificationem, ac glorificationem nominis Dei; sed proximè expostulare propriam sanctificationem, ac sanctitatem, licet haec in nominis Dei gloriam, ac sanctificationem redundet. Sicut autem Deus super omnia est diligendus, ita ejus honor, & gloria super omnia primò & immodè ac intendenda, ut rectè admonet D. Ambrosius lib. de Sacramentis, cap. 5.

Tertia, & verior intelligentia est, quam docent D. Chrysostomus citata homil. 20. D. Augustinus epistol. 121. de orando Deo, cap. 1. & 12. Abulensis quest. 105. & alij, quod summa hujus petitionis haec sit: Fac Domine, ut ita nomen sanctum tuum per tuam gratiam, & lucem resplescat in toto mundo, ut omnes homines adorent, & celebrent nomen sanctum tuum, ut dignum, & æquum est, ut celebretur, ac veneretur ab omnibus; ut ita omnis laus, honor, & gloria tibi tribuatur, ac referatur. Et in hoc sensu dixit Tertullianus lib. de orat. cap. 3. Sanctificetur nomen tuum, hoc benedictionis vice fungitur. Ac si dicat, dum petitur, sanctificari Dei nomen, idem est, ac si dicatur benedici ab omnibus.

Hic autem per nomen sanctum intelligimus Dei majestatem, bonitatem, puritatem, liberalitatem, ceteraque Dei perfectiones, ac attributa ejus. Ex cujus admirabili visione obstupescit Seraphia clamabant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth; plena est omnis terra gloria ejus. Psal. 6. num. 3. & Psalm. 144. num. 3. dicitur: Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non est finis. Generatio, & generatio laudabit opera tua, magni enim gloria sanctitatis tuae loquentur, & mirabilia tua narrabunt. Sic & B. Virgo: Magnificat anima mea Dominum. Quia fecit mihi magna, & sanctum nomen ejus. Et dixit sanctum, quia, ut ait D. Bernardus serm. 4. de super Missus est, nihil magis proprie, & dignè habuit quod illud eximium non diceret: hoc benedictionis vice fungitur; & est quid valde pretiosum Deitatis, ut dicit Ambrosius; Vide lib. 1. cap. 5. q. 50.

Sylveira in Evang. Tom. II.

Dum hic petimus glorificationem, & sanctificationem nominis Dei, etiam nostram sanctificationem consequenter flagitamus: quia, dum Deum laudamus, & glorificamus, nobis ipsi accedit, & accersit sanctitas, pura fides, eximia charitas, magna Dei religio, sanctus Dei cultus, &c. per quae nos intrinsecè sanctificamur. Glorificate, & portate Deum in corpore vestro, ait Paulus 1. Cor. 6. 1. Corinth. 6. num. 20. Ac si dicat, dum Deum laudatis, ac glorificatis, ipsum per ejus gratiam habetis in vobis, ad sanctificationem, ac justificationem vestram. Tertullianus lib. de Resurrectione cap. 15. Glorificate, inquit, & tollite Deum in corpore vestro: certus, & hoc conatus ab anima agi; idcirco tamen & carni eos mandat, quia & illi fructum reppromittit.

Ait Anna adepto filio: Exultavit cor meum in Domino, dilatatum est os meum super inimicos meos, 1. Regum 2. num. 1. Qua connexion haec dicta sunt: quia ipsa exultavit in Domino Canticis, & hymnis, inde os ejus est apertum, ac locutum contra inimicam suam Phenennam; ac nemini impropert, neminem insequitur verbis. Nominè inimici intelligitur malignus spiritus, & quia ipsa exultavit in divinis laudibus, inde celestis gratia vires ejus sunt roboratae ad omnes Diaboli impetus infringendos. D. Gregor. Magnus lib. Qui sum inimicus electae mentis, ait, nisi spiritus maligni? Quid ergo est: dilatatum os super inimicos habere: nisi omnes malignorum spirituum fascino amplissima sibi infusa gratia largitate reprobare?

Mandat ergo Deus, ut ipsum laudemus, & glorificemus, non quia laude nostra ipsi aliquid accerscat; sed ob nostrum commodum: quia dum ipsum laudamus, caelestia dona, ac divina bona nobis comparamus, quibus jam veluti invenimur consortes caelestium spirituum. Pulchrè accipe Tertullianum lib. de orat. cap. 3. Ceterum quomodo non sanctum, & sanctificatum est per semetipsum nomen Dei, cum ceteros sanctificet ex semetipso? Cui illa Angelorum circumstantia non cessat dicere, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Proinde igitur & nos Angelorum, si meminerimus candidati, jam hinc caelestem illam in Deum vocem, & officium futuræ claritatis edicimus.

Matth. 6. n. 10. Adveniat regnum tuum; fiat voluntas tua, sicut in caelo, & in terra.

VERSIONES.

Vatablus. Veniat regnum tuum; fiat voluntas tua, sicut in caelo, ita in terra. S. Gregor. Nyssen. Adveniat sanctus Spiritus tuus super nos, & purificet nos.

ALTER TEXTUS.

Lucæ 11. n. 2. Adveniat regnum tuum;



EXPOSITIO.

78. Tertull.

Legitima ratio sententia explicatio.



ADVENIAT regnum tuum. Ecce secunda petitio. Tertullianus lib. de orat. hanc ponit tertiam. Sed nostra Vulgata, omnesque Patres secundo loco scribunt. Quae si intelligatur de caelesti gloria, ac beatitudine, quam nobis petimus, tanquam filij, ac haeredes Dei, ad nostrum commodum pertinet jam petitio. Multo verior intelligentia est, quod hic flagitamus perfectissimum illud regnum Dei, quando destructo Diaboli regno, peccato, ac morte, subjugatis impiis, ac aeterno carcere reclusis, ipse Dominus post Judicij diem cum sanctis suis, nullo adversario, aut iniquo contrariante, in aeterna felicitate regnabit. Et haec ista petitio pertinet etiam ad gloriam, & honorem Dei, ut notat Maldonatus, & Cornelius a Lapide. Fiat voluntas tua. Quia quod magis sit voluntas Dei, eo magis regnum Dei propagatur. Et etiam per quandam conformitatem ad divinam beneplacitam petimus, ut in omnibus fiat ejus voluntas, sicut in caelo, & in terra. Hoc est, sicut in caelo tuis mandatis obtemperatur a Beatissimis Spiritibus, de quibus scriptum est: Facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonum ejus, Psal. 102. n. 21. ita & obediant a nobis, qui sumus in terra ut explicat D. Augustinus, D. Hieronymus & Cassianus collati 9. cap. 20.

Maldonat. Corncl.

Psal. 102. August. Hieron. Cassian.

QUESTIO X.

Explicatur haec petitio, Adveniat regnum tuum, de regno gratiae, & gloriae, cum variis dubiis.

79. Regnum Dei quatuor modis sumitur. Psal. 144.

Regnum Dei quatuor modis sumi potest. Primum regnum Dei denotat potentissimum, ac absolutum dominium Dei in omnes creaturas, quibus amplissima omnibus ipse dominatur Psal. 144. n. 13. Regnum tuum, regnum omnium saeculorum: & dominatio tua in omni generatione, & generationem. Secundum est regnum Dei mysticum, quo per gratiam, & fidem regnat Deus in hominibus, ac in omnibus sanctis suis. Tertium est caeleste, ac beatum, quo cum suis electis feliciter regnat. Quartum est perfectissimum regnum Dei, quo inimicis suis carcere reclusis, in sempiternum cum sanctis, suis regnabit in caelo. Conveniunt omnes, quod regnum hinc non sumitur primo modo, ut est planum, & manifestum.

80. Imperfect. Hieron. Nyssen. Ambros. Chrysol. Euthym.

De secundo regno locum hunc interpretatur Auctor Imperfectus hom. 14. D. Hieronymus hic D. Gregorius Nyssenus lib. de orat. Dominica. D. Ambros. lib. 6. de sacramentis, c. 5. D. Chrysol. ferm. 70. Euthymius, & alij. Ac proinde hac oratione petitur, ut destructo regno diaboli deus per fidem, & gratiam regnet in nobis: sicut a contrario dicitur, peccatum regnare in corpore iniquorum, Rom. 6. num. 12. ut notat Abulensis quae 107.

Abulens. 81.

Dubitabis. Iusti hanc quotidie petitionem faciunt, non tantum pro aliis, sed etiam pro se: quemodo ergo sic exorant, cum per fidem, &

gratiam sit intra eos Dei regnum, Luc. 17. n. 21. Chrysol. Quod pulchre notavit Chrysol. citato ser. 50. Veniat regnum tuum. Ipse dicit: Regnum Dei intra vos est: si inter nos est; veniat, ut quid optamus. Multis est homo periculis, occasionibusque expositus: acquisivisti regnum Dei jam per fidem, & gratiam; ne obortescas, ab operibus iustitiae ne desistas; sed in conversatione ita sollicitus, & affectuosus te exhibe, ac te in acquisitione praestitisti; ita age, ac si non haberes, ut habitum non perdas; & ita perpetuo deprecare, ut ipsum regnum adveniat, ut ab illo non deponaris. Aliter Albertus Magnus respondet. Sic petimus, quasi continue optemus, ipsum venire; ut in ipsa gratia, ac donis caelestibus proficiamus, atque crescamus.

esto valde sollicitus in conversatione deorum caelestium.

Alb. Magn.

De tertio regno explanant D. Cyprian. tract. de orat. D. min. Chrysolomus in Imperfecto hom. 14. D. Paschasius lib. 4. in Mart. Albertus Magnus, S. Thomas. Atque ita petimus caelestem beatitudinem, ut ibi ceteris cum sanctis feliciter cum Christo collatamur. Ac si petamus cum Apostolo ad Philip. 1. num. 13. Cupio dissolvi, & esse cum Christo. Et quamquam regnum illud queramus, ad quod tanquam filij hereditarium jus habemus; tamen non dicimus, regnum nostrum, sed regnum tuum; quia iusti non suum, sed Dei esse, agnoscunt, totum quod habent, & ita bona sibi exposcunt, & desiderant, non ut sibi retineant, sed ut pro referant, eique omnia integra retribuunt, atque referunt. Tertullianus lib. de orat. cap. 5. ait: Quidquid nobis optamus, in illam auguramur, & illi de utamur, quod ab ipso expectamus. Ita iusti bona sibi procurant, non ut ipsi habeant, sed ut omnia referant, in deique gloriam, & laudem omnia cedant.

82. Cyprian. Chrysol. Paschas. Alb. Magn. S. Thom. Phil. 1.

Iusti bona cupiunt, ut Deo retribuunt.

83. Nostra pigritia ad caelestia.

Secundum dubium in hac sententia est: Cur dicimus, Adveniat regnum tuum? Cur non petimus, ut nos in regnum eamus? Cur expectamus, ut ipsa caelestis beatitudo ad nos adveniat? Adeo enim ad caelestia homines pigritia torpescunt, ut ipsi ad illud attendere nolint, sed expectant, ut ipsum se inclinet caelorum regnum, & ad eos capessendos deveniat, ut dixit D. Laurentio Justiniano, lib. 3. c. 2. quae 4. num. 12. Albertus Magnus aliter solvit hanc questionem. Non dicit, ait, nos veniamus ad regnum, quoniam virtutem non habemus ex nobis, sed si ipsum primo venerit ad nos, tunc virtute ipsius veniamus nos ad ipsum. Tota sufficientia nostra ad bonum ex deo est; ideo petimus, ut regnum ejus, scilicet ejus gratia ad nos veniat, qua ad iusti ad regnum ibimus. Et in hoc sensu explicat D. Augustinus, ut num. 2. Vidi sanctam civitatem Jerusalem novam, descendentem de caelo, a Deo paratam. Ubi enim regnum caelorum se parat ad homines capiendos, dicitur descendere. Ait D. Augustinus: De caelo descendit ista civitas caelestis, quae est gratia. De caelo venit primo gratia, ut homines ad caelum vadant. Vel etiam ad primam explicationem hujus dubij revoca locum Apocalypsoe. Quia ut homines ad caelum veniant, describitur ipsa Jerusalem nova descendere; aliter enim homines ad illam non se movebunt.

Tota sufficientia nostra ex Deo est.

August. Apoc. 21.

QUESTIO

QUESTIO XI.

Explicatur praesens petitio de regno post diem judicij.

84.

Tertull. August. Chrysol. Ysaia. Theophyl. Cerdam. Janfenius. Maldonat. Corncl.

QUARTUM regnum Dei, ut dixi in principio functionis questionis, sumitur pro illo perfectissimo regno, quod erit post diem judicij. Et de hoc probabilis praesentem petitionem interpretatur Tertullianus lib. de Orat. cap. 3. qui ait: Cum regnum dicit, quod adveniat, optamus, ad consummationem saeculi tendat; optamus, maturius regnare. D. Augustinus lib. 2. de ferm. Dom. in monte, cap. 6. D. Chrysolomus in Imperfecto hom. 14. Venantius, Salvianus apud Cedram, Theophylactus, Rupertus, Janfenius, Maldonatus, Barradas, Cornelius a Lapide. Ac proinde rogamus, quod post diem judicij ablata, ac in carcere reclusa omni potestate Daemonum, ac hominum impiorum, qua servos Dei feliciter regnant; ipse Dominus cum eis in aeterna felicitate regnabit. Nam licet Dominus modo ubique regnet, non tamen pacifice, & sine hoste ac bello regnat; ut ait Maldonatus; nam multi rebelles intendunt resistere, & repugnare contra ipsam. Tunc autem hostibus subjugatis, ac damnatis, amicis ab omni pressura liberatis, nemine tunc contradicente regnare dicitur.

Maldonat.

85. Hac sententia caeteris praefertenda.

Hac sententia ex eo praefertenda est. Primo quia tunc ista petitio procedit ex magno amore honoris ipsius Dei, nam cum multi modo ipsum ignorent, tunc omnes eum, supremamque ejus majestatem agnoscunt. Ita ait D. Augustinus citatus, Advemat, inquit, regnum tuum, id est, manifestetur hominibus. Nulli autem licebit ignorare regnum Dei, cum ejus unigenitus visibiliter de caelo venerit judicaturus vivos, & mortuos. Secundo, quia regnum, vel si sumatur pro gratia, vel pro gloria cum Beatis, ad nos pertinet: ad hoc, ultimo modo est petere regnum, ut Deus ipse sine adversario regnet, & ut omnes ei gentes subserviantur. Et ita dicimus, ut ait Maldonatus, Adveniat regnum tuum, quemadmodum si filius patri Regni pacificum regnum, & victoriam contra hostes precetur. Tertio, quia sicut ante primum Christi adventum in omnium sanctorum votis hoc erat, ut Christus veniret in carnem, & hominam salutem operaretur; sic postquam illam operatus ascendit in caelum, omnium vota in hoc sunt, ut ad iudicium redeat, ut docet D. Augustinus conc. 20. in Psal. 118. Et constat ex Paulo: Expectantes beatam spem, & adventum gloriae Magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi. Ad Tit. 2. n. 13. Ut ipse conjugatis inimicis, ac rebellibus incarcerationis, nullo adversante, plenè regnet, ut argumentatur Franciscus Lucas.

Maldonat.

August.

Ad Tit. 2.

86.

Cur in hac oratione fit mentio de die Judicij. Cyril.

Merito tamen dubitabis: Cur Dominus in hac sollemnissima quotidiana oratione nobis jubet facere memoriam de regno post diem judicij, ac consequenter de ipso iudicio? Rectè respondet D. Cyrillus citatus in Catena D. Thomas ad cap. 9. Lucæ. Mandavit autem, ait, & in oratione petere illud tempus revera terribile, ut sciant, quod vivere docet eos non remissè. Dum nos Dominus; docet admirabilem formam orandi, ut valeamus caelestia dona a Patre impetrare, ibi ingerit memoriam Judicij, illa enim ad Deum

Memoria ex tempore iudicij valde salutaria.

maximè preparat animum, disponit ad caelestia dona accipienda, & magnam compunctionem praestat, ut efficaciter voliter ad Deum, Et ita nos orare docet D. Cyrillus Hierosolymitanus in praefatione ad suas Catecheses ad finem. Certum preparat ad susceptionem disciplinae, frequenter ora, ut Deus te dignum efficiat: neque interdiu, neque sis otiosus: suscipe iudicij salutarem commemorationem, & intende animum ad descendendum. Hac enim Judicij memoria conditor oratio, ut sit Deo perjuvanda, & se disponat homo ad discenda accipiendaque caelestia.

Cyrrillus.

87. Exod. 17.

Perfecta omnis multitudo filiorum Israël de deserto Sin per mansiones suas, castrametis sum in Raphidim, ubi non erat aqua ad bibendum, Exod. 17. n. 1. Locus iste, ubi castra ponunt; prope erat montem Sinai, ut observat D. Hieronymus lib. de locis. Cur ergo Populus in hoc loco facit mansionem? quæstionem excitat Abulensis 9. 2. Abulens. Et multo magis dubitandum: Cur per hanc partem transit ad montem Sinai, ubi legem, ac præcepta Domini accepit Populus? Raphidim, ut voluit D. Hieronymus citatus interpretatur Tentatio. Origenes verò hom. 11. in Exod. ait, quod Raphidim idem valet, ac sanctus iudicij. Bene hæc duo inter se conveniunt; nam per memoriam Judicij sanatur homo a tentatione. Et ita ait Origenes: In die Judicij sanus eris. Illud maxime est expendendum, cum ex Raphidim feruntur in Sinai, ut ibi Dominus legem Populo dare; nullo enim alio meliori antidoto Populus poterat sanari a suis murmurationibus, blasphemis, ac peccatis, ut in lege, ac præceptis Domini instrueretur, quam loco, quo Judicij memoria relucebat. Et bene ibi aqua non erat; quia si Judicij recordatio mentem occupat, statim omnia mundialia bona, in aqua significata, dispant, ac minime comparent. S. Theophylus Alexandrinus Epistol. 3. Paschali. Cum futurum tribunal, & formidolosum iudicij diem cogitaverim, amarus illius, scilicet mundi, ac peccati, fluctus, atque intuscescentes gurgites usque ad ipsum fontem, venasque siccabit.

Hieron.

88. Hieron. Origen.

Per Judicij tentatione sanatur. Memoriam iudicij ad caelestia preparamus.

QUESTIO XII.

Quare dicatur: Fiat voluntas tua?

UPPONENDUM ex communi doctrina Theologorum cum D. Thomas 1. part. 9. art. 1. & 12. quod in Deo duplex consideratur voluntas: una, quæ dicitur beneplaciti, seu absoluta, seu distinctiva, qua deus absolute aliquid determinat fieri; quæ voluntas semper impletur, & à nulla creatura impediti valet, juxta illud Psal. 113. num. 6. Omnia, quæcumque voluit fecit. Et Esther 13. num. 9. Non est, qui nos possit resistere voluntati, si decreveris salvare. Altera verò est voluntas signi, seu operativa, qua deus significat, & denotat, quod à nobis fieri valet, ut ejus legi, præceptis, ac consiliis obediamus, & illa adimplendo amplectamur. Sic videtur intelligi Psal. 102. num. 7. Notas feci vias suas Moysi, filiis Israël voluntates suas.

88. S. Tho. Duplex voluntas in Deo.

Psal. 113.

Psal. 102.

De hac secunda voluntate praesentem locum interpretatur communiter Patres, D. Chrysolomus

89. Chrysol.